



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 35. S. Maximi initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

Sæculum VII cis decernendi, atque Episcopos a Ser.  
A. C. 644. gio Joppensi illegitime ordinatos, nisi re-  
Mart. ep. 5. sifiscerent, deponendi. Stephanus, quæ  
to. 6. Conc. sibi mandata fuerant, executus, illos  
p. 21. tantum, qui dato chirographo errorem  
Ep. 9. p. 35. abjurarunt, recepit. Verum cum ali-  
qui potestatem ipsi a Papa factam pro-  
curandi, ut alii Episcopi in Sedes eorum,  
quos deposuerat, eligerentur, eum mala  
fide celarent, multæ Ecclesiæ vacantes  
remanserunt.

Episcopi item Africæ Monothelitas  
coram Theodoro Papa accusarunt, eo-  
rumque Doctrinam rejecerunt, cui rei  
Disputatio Pirrhi cum S. Maximo occasio-  
nem præbuisse creditur. Sed priusquam  
illam referamus, quis S. Maximus fuerit,  
dicendum.

### §. XXXV.

#### *S. Maximi initia.*

**S**anctus Maximus Constantinopoli natus  
erat ex parentibus nobilissimo & an-  
tiquissimo genere ortis, vixque alteri  
quam Cæsareæ Stirpi secundis. Ipsis  
jubentibus adhuc infans baptizatus, scien-  
tiis deinde tam feliciter excultus est,  
ut suo ævo nemini in Doctrina palmam  
cederet; præterea summum ingenium  
singularis modestia commendabat. Eum  
Heraclius, ut in aula sibi serviret, invi-  
tum compulit, & suis Epistolis præfe-  
cit;

*vit. to. I. op.*  
*n. 23.*

cit; sed postea amor solitudinis, & for- Sæculum VII  
te etiam nascens Hæresis Maximum per A. C. 645.  
moverunt, ut relicta aula in Monaste-  
rium Chrysopolitanum prope Calcedo-  
nem se reciperet, ubi postquam sub Di-  
sciplina Regulari sancte aliquamdiu vi-  
xisset, Abbas electus est. Porro, cum Epist. ad Jo.  
ob Barbararum Nationum jam Persarum pr. to. 2. p. 68.  
jam Arabum incursus Oriens ingenti me-  
tu perturbaretur in Occidentem delatus,  
mansit in Africa. Jam diu inter notos Ad Hegum.  
numerabat Pirrhum, qui ei adhuc Ab. Sicil. to. 2.  
bas prolixam Dissertationem miserat, in p. 68.  
qua Quæstionem de una vel duabus ope-  
rationibus examinando & nihil deciden-  
do tractabat. S. Maximus respondit da. *ibid.* p. 343.  
ta Epistola, in qua eum, & Sergium, tunc  
Sedem Constantinopolitanam occupan-  
tem, summopere laudabat, sed honesta  
excusatione evitabat dicere, quid per  
vocem Operationis intelligeret, & in  
quotuplici sensu ea vox accipi posset.

### §. XXXVI.

#### *Collatio cum Pirrho.*

Itaque cum S. Maximus cum Pirrho in Af-  
rica versaretur, Gregorio Patricio il-  
lius Provinciae Prætore eos ad colloquium  
invitante, celebris illa Disputatio ipso,  
quibusdam Episcopis, & aliis viris spe- *ibid.* p. 159.  
ctatissimis præsentibus, mense Julio, In-  
dictione tertia, id est, anno 645. habita  
est.